

Nunc angelorum gloria

Nunc angelorum gloria	8a	α	A
hominibus resplenduit in mundo.	11b	β	
Quam celebri victoria	8a	α	A
recolimus et corde laetabundo.	11b	β	
Novi partus gaudium	7c	γ	B
virgo mater produxit	7d	δ	
et sol verus in tenebris illuxit	11d	ε	

Repetitio:

<i>Nascitur Emanuel</i>	<i>7e</i>	<i>γ</i>	<i>B</i>
<i>completa prophetia.</i>	<i>7a</i>	<i>δ</i>	
<i>Salva post partum virgine Maria.</i>	<i>11a</i>	<i>ε</i>	

Alta sunt consilia
 quae Gabriel pronuntiavit verbo.
 Verbum patris filia
 progenuit consilio superno.
 Modus est incognitus
 divine geniture
 dum creator unitur creature

Repetitio

Pastorem palam dicite
 in Betlehem quem peperit Maria.
 Quem virtutis unite
 continuit solemnibus harmonia.
 Lux de luce claruit
 pace iam reformata
 et genetrix permansit illibata.

Repetitio

Per magnum nomen Domini
 Emanuel quod est nobiscum Deus.
 Culpe datur hominis
 remissio letetur homo reus.
 Redemptori domino
 redempti iubilemus
 hic est dies et annus iubilemus.

Repetitio